Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·C·lxxi·

182

multitudo maxima uenit ad eum dicit ad philippum Unde ememus panes ut manducent hi Hoc autem dicebat temptans eum Ipse enim sciebat quid esset facturus Respondit ei philippus Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis ut unusquisque modicum quid accipiat Dicit ei unus ex discipulis eius andreas frater symonis petri Est puer unus hic qui habet quinque panes ordeaceos et duos pisces Sed hec quid sunt inter tantos Dixit ergo ihesus Facite homines discumbere Erat autem fenum multum in loco Discubuerunt ergo uiri numero quasi quinque milia Accepit ergo ihesus panes et cum gratias egisset distribuit discubentib. similiter et expisabus quantum uolebant Ut autem impleti sunt dixit discipulis suis Colligite que superauerunt fragmenta ne pereant Collegerunt ergo et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis et duobus pisabus qui superfuerunt his qui manducauerant Illi ergo homines cum uidissent quod fecerat signum dicebant Quia hic est ue pha qui uenturus est in mundum Erata qs dne uotorum fidelium uoluntates ut diuini opis studium pensius exequentes pietatis tue remedia maiora percipiant Post

Cum sublleuasset oculos ihesus et uidisset quia multitudo maxima venit ad se dicit ad philippum unde ememus panes ut manducent hi hoc autem dicebat temptans eum ipse enim sciebat quid esset facturus Mas Cum uidissent turbe signum quod fecerat ihesus dicebant uere hic est pha qui uenit in mundum